

Sbd

E libris
gymnasio Mauritano Magdeburgensi
a venerabili
Carolo Funk
theol. doctore et gymnasii directore
a. 1857 hereditate relictis.

G. f. 171.

64
CENSUS SYNCHARMATICO-EUCHARI-
STICO-VOTIVI,

in censualibus diebus autumnalibus,
hoc est natalibus,

DOMINIS nostris censualibus

nempe

CELSISSIMO AC ILLUSTRISSIMO
COMITI AC DOMINO

DN. LUDOVICO
FRIDERICO,

S. R. Imperii Quatuor-Viro,

Comiti Schwarzburgi & Honsteini, Domino Arnsteti,
Sondershufæ, Leutenbergæ, Lohræ ac Clettenbergæ,

Comiti ac Domino nostro clementissimo, cujus
natalis d. 15. (26.) Octobris recurrit,

nec non

CELSISSIMÆ AC ILLUSTRISSIMÆ
COMITI AC DOMINÆ,

DOMINÆ

S O P H I Æ
J U L I A N Æ,

Comiti Schwarzburgi & Honsteini,

Dominæ Arnsteti, Sondershufæ, Leutenbergæ, Lohræ &
Clettenbergæ,

Comiti & Dominæ nostræ clementissimæ, cujus

natalis d. 16. (27.) Octobr. redit,
humillimo ac obsequiosissimo animo
oblati

à

Schola Francohufana

per

M. Joh. Hoffmann/ S. Rect.

anno

Gebet DeM Käyße seinen reChten AnßgroßChett.

ERFFURT,

Typis GEORGII HENRICI MÜLLERS.

Concurrite, concurrite,

Cives patriæ mela-pyrgicæ, concurrite,
Cives scholastici,

eripite vos moræ, concursus creditorum,
concurfus debitorum solvendorum instat.

Dies censuales adfunt, quibus census autumnales sunt
afferendi, offerendi.

Ipse affectus pietatis & reverentiæ humillimæ est flagitator
instantissimus, exactor exactissimus,

Hic instat, urget, appellat nomina, quæ nisi appellarentur,
ex optimis sæpè fierent mala.

Per hos dies censuales intelligo non tantum omnium patriæ Numinum
& cellissimorum **CENSORUM NATALES**,

sed & eos, hoc ipso mense Octobris recurrentes & concurrentes,
ex quibus alter alterum, nullo alio intercedente,

læto omine excipit,

Celsissimi scilicet **PATRIS, & Celsissimæ FILIOLÆ;**

A vetis scire, qui sint?

Eos vos nescire nolo,

nimirum

Celsissimus ac Illustrissimus Comes

ac Dominus,

DOMINUS LUDOVICUS FRIDERICUS,

Sacri Romani Imperii Quatuor-Vir,

Comes Schwartzburgi & Honsteini, Dynasta Arnsteti, Sondershusæ,

Leutenbergæ, Loræ & Clettenbergæ;

nec non

Celsissima ac Illustrissima Comitissa

ac Domina,

DOMINA SOPHIA JULIANA,

Comes Schwarzburgi & Honsteini, &c.

Horum natales sunt dies nostri censuales.

Agite, cives scholastici, nos inter ultimos fere Ordines,
non sumus ultimi.

Et nostros, quos debemus, census solvamus.

Agite, ne lenta simus nomina, tricofi

& bovinatores, in solvendo ne simus disoluti,

ne nos morantes fiamus morantes & ob moram,

vel omistam census solutionem graviori, in die illo cenfario,

cenfuræ succumbamus.

Qui cito dat, bis dat.

Quales autem census dandi?

Syncharmatico-evcharistico-votivi.

Triplex hos census debemus,

hos cordibus & chordis promtè demus.

Uterque natalis incidit in autumnum & quidem in Octobrem.

O autumnum optimè ominatum!

Autumnum ab augmento dictum voluit,

quod eodem cumulatisimum variorum fructuum augmentum
in nos redundat, unde *ponifer* appellatur.

Næ natales hi autumnales mañtant nos uberrimis
gaudiorum & fructuum augmentis.

October gignit vinum cor hominis lætificans,

unde apud Alemannos hic mensis à *vino*

nomen accepit.

Spirituale lætitiæ vinum, si census loco jam libamus,

eoque corda nostra imbuimus, non habebimur excordes,
sed cordati.

Ut

Ut aliàs in vino veritas; sic in hõc vino latet hilaris pieras,
& pia hilaritas.

Lætetur igitur, & gratulemur, &, ut piè ebrii, lætando gestiamus,
gestiando exultemus, & exultando tripudiemus!

Hic natalis geminus sit gaudiorum nostrorum natalis,
eaque geminet.

Est enim hic felicitatis nostræ natalis verè fatalis.

Ne verò circà hos censùs eucharisticos firmos incensi,
hos merito pio amore incensi accensos facimus.

Gratiæ hæ censuales Principum & Principum omnium rerum,
qui est sine principio, sunt gratisimæ.

Gratiæ sunt optima sacrificia, sunt odor gratissimus.

Gratias igitur & habemus & agimus, quas animus
noster concipere, quas lingua nostra elingvis
proferre valet, ardentissimas,

quod Numen immortale Numina patriæ nostræ mortalia,

Apollinem quasi cum novem suis Musis repræsentantia,

damnosò hõc avò indemnia & illibata præstiterit,

per Angelos, Averruncos suos, omnia damna

averruncarit,

quibus patriæ clypeus Deus porrò sit clypeus, ut sub hoc clypeo clypeati

& ab omnibus cyclopiibus tuti degant & regantur,

Cum primis gratiarum actionem supremo Principum Præsidii & Præsidio debemus,

quod nostro stemmatis antiquitate, sanguinis nobilitate & virtutum

divinitate Celsissimo Comiti & Domino

DOMINO LUDOVICO FRIDERICO,

ab infantia sua non infantili, à puertia non puerili, Comes

fuerit individuis ad præfens usque, eumque sub accubuis Angelorum

excubiis fartum tectumque conservaverit.

Memorabilis hujus beneficii merito nos jam

sumus memores;

nec minus

quod JESUPHILÆ (1.) illi sapientiæ radiis micanti, & spem magnam

minanti, charissimo celsorum PARENTUM Corculo,

SOPHIÆ JULIANÆ,

novum eumque novum natalem etiam renasci siverit.

Profectò hanc nisi gratiam divinam grata mente recoleremus,

omnium, quotquot vivunt, hominum essemus ingratisimi.

Sed census votivi recensendi & solvendi nobis restant,

qui cæteris non minores censendi veniunt.

Vota omnibus divitiis terrestribus sunt ditiora,

argento, auro, gemmisque præferenda,

Vota inermium omnibus armis & armatis ar matiora,

Vincunt enim & vincunt Invincibilem,

Preces impotentium Omnipotentem potentiores.

Vota Invalidorum Gigantibus validis validiora,

illa cælum expugnant, hi non item.

Vota sagittis, imò ictu fulmineo penetrantiora,

firmamentum enim cæli infirmant & penetrant,

Ut census dat honores, dat amicitias;

Sic noster census dat amores, dat vota precesque,

Ut Tutelaribus cælestis patriæ DEOS tutelares suæ

tutelæ semper commendatos & commisos habeat,

sine cujus tutela Tutelares terrestres sunt infirmi,

nec possunt ut Tutelares ipsi in tuto esse.

Tutelaribus senioribus saniores & minus legniores

impertiat vires,

aquilæ senectam concedat, eosque pennis aquilinis bajulet.

Ipsò-

(1) Alluditur ad Anagr. *Sophia Juliana Comes*, per anagr. *O Jesuphila micans*, vel *Abi Jesu ami-*
ca in polo es.

Ipsorum senectus cadens sit sine casu,
ejusque decadium pondus sine ponte & pondere,
annorum numeri sint innumeri.

Cumprimis

Celsissimo Comiti ac Domino

DOMINO LUDOVICO FRIDERICO

afris celsiori,

Deus sit Comes, eundemque in quovis tramite comitetur,
Sit LUDOVICUS, (2.) nemini non viam ad se perviam reddens,
semper rectam insilit viam, & usque via ad omnigenam felicitatem
nunquam sicut in via, nec unquam in consiliorum trivio inveniatur.

Sit FRIDERICUS, (3.) pace dives, pace, hoc est, Hebræorum
significatu, omnigena felicitate fruatur, FIDE CURRAT
& vitæ curriculum post feros annos FIDE decurrat,

SOPHIA JULIANA

Illustrissima, virtutibus vernantibus verè illustri,
philosophia seu sophophila imo Jesuphila,
intenella ætatu & lanugine prima, (4.) gratiã
& sphiã Deo hominibusque non ingrata accrescat,
ut jubilis & julais vocibus Eam universus Musarum
& Charitum chorus aliquando decantet & collaudet.

Dominus temporum, annorum & mensium, qui & hunc mensem

Octobrem toti patriæ bene ominatum voluit,
non octuplis aut centuplis, sed sexcentuplis, imò
octingentuplis bonis & donis hos duos natales, in ipsum medium & centrum
Octobris incidentes, beet, secundet, prosperet, eosque
vel Octingentesies, imò compluribus nobis & posteris
nostris omine lætissimo quotannis reducat.

Sicut feriæ vindemiales cum feriis natalibus conjunguntur;
ita cœlestis vinitor vinearumque Dominus uberrimam,
eamque nunquam cessantem omnigenam benedictionis
vindemiam eisdem adjungat, nihilque damni inferri sinat!
Frigus quidem vites & uvas non parum adusit, easque
ante bene coloratos decolores reddidit & deformavit:

Ast quid mirum?

chara pietas & pia charitas in multorum cordibus etiam friget,
beneficia divina mox refrigerant,
corda contra calent non calore devotionis, sed nimia potione,
non sunt ebria, sed ebriosa.

Interim hoc nocumentum vineale sit nobis documentum, ut funale,
quo pectora nostra frigida & fati inofficiola ad pietatis & charitatis officia,
non pro colore sed ex calore facienda, inflammemus.

Et hi sunt census nostri syncharmatice-eucharistico-votivi,
quos non quidem ut volumus, sed ut valuimus,
humillimo tamen obsequio obtulimus, solvimus.
sed quod mireris!

Oblatos & solutos adhuc debemus, nec unquam solvendo
nomina nostra expunctum iri sperandum,
Obchartæ defectum jam deficiunt verba, sed non cordis affectus.
Hic semper solvit, quod debet, donec ipse solvitur.

Sic fini nondum imponitur finis.

Ne verò schola nostra, in sensu minus bono, jam schola sit,
& scholares nostri scholiazando in reddendis his pietatis censibus sint
incensæ symboli, gemina comœdia Latino Germanica
in alia scheda indicanda per eos præsentè, ut speramus,
animo repræsentabitur.

Coronidis loco memoria nostra moniti Salvatoris nostri
memoriæ digni nunquam sit immemor, sed illo aures nostra semper personent:
Date Cæsari DanDa Cæsari.

Tantum!

(2.) Ludovicus seu Ludwig qs. Lüste, weg (3.) Fridrich qs. Feldreich, Fridericus per anagr. fide
curris, (4.) respicitur nominis Juliana significatio.

78 M 428

Sign. (188) fehlt bzw.
coll. nicht vergeben!



Sb.

1077

R.40



64
CENSUS SYNCHARMATICO-EUCHARI-
STICO-VOTIVI,

in censualibus diebus autumnalibus,
hoc est natalibus,

DOMINIS nostris censualibus

nempe

CELSISSIMO AC ILLUSTRISSIMO
COMITI AC DOMINO

DN. LUDOVICO
FRIDERICO,

Imperii Quatuor-Viro,

Schwarzburgi & Honsteini, Domino Arnsteti,

Leutenbergæ, Lohræ ac Clettenbergæ,

Domino nostro clementissimo, cujus

natalis d. 15. (26.) Octobris recurrit,

nec non

DOMINÆ AC ILLUSTRISSIMÆ
COMITI AC DOMINÆ,

DOMINÆ

PHIÆ

JULIANÆ,

Schwarzburgi & Honsteini,

Arnsteti, Sondershutæ, Leutenbergæ, Lohræ &
Clettenbergæ,

Dominae nostræ clementissimæ, cujus

natalis d. 16. (27.) Octobr. redit,

illimo ac obsequiosissimo animo
oblari

à
Schola Francohusana

per
Joh. Hoffmann/S. Rect.

anno
eM Käyser seinen verchten InßgrofChen.

ERFFURTI,

GEORGII HENRICI MÜLLERI

